Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cens autem triphon quod surrexerit symon loco
ionathe. misit ad eum legatos dicens. Pro ar-
gento quod debebat frater tuus ionathas in
ratione regis detinuimus eum. Et nunc mitte
te argenti talenta centum et duos filios
eius obsides. et remittemus eum. Cumque cog-
nosceret symon dolum esse. misit tamen argen-
tum et pueros ne murmuraret populus di-
cens. non redemit fratrem volens regnare.
Et mentitus est trifon et intravit regionem ut
contereret eam. Et cum appropinquasset bascama.
videns quia non proficeret. occidit ibi iona-
than. et filios eius. et rediit in terram suam.
Et misit symon et accepit ossa ionathe et se-
pelivit eum in modyn. Et statuit septem pi-
ramides patri et matri et quatuor fratribus suis.
et circumposuit columpnas magnas et sculp-
sit in eis arma et naves ad memoriam eter-
nam. Trifon autem cum iter faceret cum antiocho
adolescente dolo occidit eum. et regnavit
pro eo in asia. Tunc edificavit symon presidia
in iudea et misit ad demetrium ut faceret pa-
cem cum eo. Et mittens ei munera. rogavit
ut faceret remissionem regioni. Et rescripsit
demetrius dicens. Munera tua suscepimus.
et pacem facimus vobiscum magnam. remitten-
tes ignorantias et peccata. usque in hodiernum
diem et absolvimus vos ab omni tributo.
Et ablatum est iugum gentium ab israel et ex-
cepit scribere populus israel in tabulis et gestis
publicis annotationes temporis in hunc
modum. Anno primo sub symone summo sa-
cerdote magno. duce et principe iudeorum.
Tunc descendit symon in gazam et obsedit eam.
et eiecit ydolatras et ydola de civitate
et mundavit edes et collocavit in ea
viros qui legem facerent et munivit eam.
et fecit sibi habitationem. et obsedit eos qui
erant in arce ierusalem et clamaverunt ad symonem
ut acciperent dextras. Et dedit eis et eie-
cit eos inde et mundavit arcem a contamina-
tionibus et intravit in eam cum musicis instrumen-
tis ymnis et ramis palmarum. statuens ut
omnibus annis ageretur dies hic cum leti-
cia. Et vidit symon iohannem filium suum quod
vir esset prelii. et posuit eum sub se ducem. et
dedit ei gazam. ad habitandum. Capitulum xiiii.
Tunc congregavit rex demetrius exercitum.
et intravit mediam ad contrahenda sibi auxilia.
ut expugnaret trifonem. Sed et arsaces rex
persidis et medie. misit unum de principibus
suis. qui percussit castra demetrii et comprehendit
eum vivum et posuit eum arsaces in custodia. Et
siluit terra iuda in diebus symonis. Qui fecit
ioppen sibi in portum et introitum insulis ma-
ris et dilatavit fines gentis sue et abstulit
inmundicias. et sedit unusquisque sub vite sua. (in pace)
et sub ficu sua. non erat qui eos terreret. Et mi-
sit symon ad sperciatas ad innovanda firma-
ta. Romanis quoque misit clipeum aureum mi-
narum mille et statuerunt ei romani libertatem et
scripserunt in tabulis ereis. que posite sunt in
titulis in monte syon. De antiocho filio demetrii. xv.

Eo tempore exiit antiochus filius deme-
trii in terram patrum suorum et convenerunt
ad eum omnes exercitus. ita ut pauci es-
sent cum trifone. Et scripsit antiochus
symoni et genti iudeorum dicens. Statuo vobis
omnia quecumque remiserunt vobis reges ante me. et
permitto vobis facere percussuram proprii numis-
matis in regione vestra. Cumque obtinuero regnum
magnificabo gentem vestram et templum in gloria
magna. Porro trifon fugiens anthiochum.
per maritimam recepit se in doram. et inse-
cutus est eum antiochus et obsedit civitatem eam.

Eo tempore lucius romanorum [consul] et mari-
norum consul scripsit regibus et regionibus in
oriente. ne inferrent mala amicis
suis iudeis. nec opem ferrent inferentibus. et
siqui pestilentes de iudeis confugerent ad eos
traderent eos symoni principi sacerdotum. ut
vindicaret in eos secundum legem suam. Antio-
chus autem rex obsedit doram secundo et conclusit
trifonem ne procederet. Et misit ei symon duo
milia virorum in auxilium et argentum et aurum.
et vasa copiosa. qui noluit ea accipere. sed
fregit pactum quod fecerat cum eo et misit ad eum (anthiochus)
athenobium mandans ei. ut redderet ei ar-
cem que est in ierusalem et ioppen et gazam et tributa
locorum. quibus dominatus fuerat. alioquin veniret et
expugnaret eum. Et vidit athenobius in ierusalem
gloriam symonis et apparatum copiosum et af-
fluentiam in auro et argento et obstupuit.
Et respondit symon. Terram alienam non sumpsi-
mus. sed hereditatem patrum nostrorum. que ab inimi-
cis nostris iniuste aliquo tempore possessa est.
Et rediit athenobius ad regem et renuntiavit
ei verba symonis et gloriam eius. et iratus est rex
antiochus ira magna. Porro trifon fugit
navigio in ortosiada. Rex autem persequens
trifonem constituit cendebeum ducem mariti-
mum et relinquid ei exercitum ut expugnaret
iudeam. Et edificavit cendebeus cedronem (proprium nomen loci)
collocans in ea milites. ut vastarent fines